



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XLIV. Desselben Schutzbrief für einen Juden zu Havelberg v. J. 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XLII. Markgraf Ludwig bewidmet zwei Altäre zu Havelberg, im J. 1340.

Anno domini M^o CCC^o XL^o in ciuitate havelberg. nos Ludouicus etc. ob perpetuam & perhennem bone recordationis illustrium principum marchionum Brandeburgensium, nostri, heredum et posterorum nostrorum, etiam ob salutem discretorum virorum Christiani et dyterici lyppin fratrum, ciuitatis nostre havelbergensis ciuium nobis dilectorum, appropriauimus & presentibus appropriamus octo iugera siue agros graminum, que ipsi debito suo pretio comparauerant, inter albiam & obulam sitos, fluuiumque dictum — — attingentes, altari beate marie virginis sanctique nycolai in ecclesia sancti laurencii ciuitatis predictae sito, secundum quod cultus diuinus in ipso eo deuotius et sollempnius in antea peragatur, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet perpetue pertinendos, renunciantes pro nobis, heredibus & successoribus nostris omni iuri & actioni, que nobis in premissis competebant agris vel competere possent in futurum aequaliter in eisdem. In cuius etc. Testes Jo. hufener. heylo bombrecht. nycolaus de Quitzow. Datum havelberg.

In simili forma data est vna littera henrico Schonhain super duos agros altari katherine virginis in ecclesia predicta.

Leipziger Copial-Buch Bl. 13 b. u. 14 a. Nr. XXXI u. XXXII.

XLIII. Derselbe überläßt die Zollhebung zu Havelberg dem Nicolas von Bismark im J. 1341.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus etc. discreto viro nycolao bismark ciui in fensual nobis dilecto theloneum ciuitatis nostre havelberg locauimus tam diu quousque post debitorum suorum secundum priorum literarum suarum continentiam in quibus sibi obligamur, perceptionem quadraginta marcas argenti brandenburgensis & ponderis de eodem theloneo integraliter percepit, quiete & pacifice possidendum. In cuius rei etc. Testes vero huius sunt nobilis vir Guntherus comes de Swarzburg, Jo. de Buch, helo marschalcus, Bombrecht curie nostre pincerna, milites, Gerwolf cum ceteris fide dignis. Datum Berlin a. M^o CCC^o XLI^o die sabiani & sebastiani matryrum.

Leipziger Copial-Buch Bl. 14 b. Nr. XXXV.

XLIV. Desselben Schutzbrief für einen Juden zu Havelberg v. J. 1344.

Ludouicus etc. Consulibus & universitati ciuitatis havelberg, fidelibus suis dilectis gratiam et omne bonum. Discretum virum Maierum, camere nostre seruum nobis dilectum heredesque suos in nostre defensionis et tuicionis recepimus & recipimus presidium singulare, volentes ipsos omni libertate, gracia, commodo & honore, quibus ceteri nostri iudei in omnibus ciuitatibus siue locis pociuntur et gaudent, denuo potiri libere seu gaudere, mandantes vobis firmiter & districte, quatenus eosdem, dum & quociens ipsis necesse fuerit, prae iniuriis et violentiis, insultibus etc. quibuslibet nostri nomine defendatis. Poterunt quoque iudei carnes denuo pro ipsorum vsibus siue prohibitione qualibet mactare siue maculatas, que vulgariter dicuntur treffant,*) vnum diem exponere, impedimento quiescente quolibet, pro ipsorum commodo & beneplacito voluntatis. Non debent quoque alicui pensionem suam annuam in festo beati martini nobis annue debitam sine nostris quitatis litteris patentibus presentare. In cuius etc. Testes helbe magister coquine, g. wolf. Actum havelberg anno M^o CCC^o XLIIII^o in vigilia beate agnetis.

Leipziger Copial-Buch Bl. 19 b. Nr. LVI.

*) D. i. treifer oder unrein, Jüdischer Ausdrack.